Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



114

in manu inimicorum tradam. SEQUITUR.

SURREXIT itaq; dd. & fugit in die illa a facie saulis. & uenit ad achys regem geth. Per ille manu fortis. ut ursu desidabilis. surrexit de sede suae maiestatis. ad illud mirificum opus suae miserationis. unde canit in psalmis. Miserationes eius super omnia opera eius. Fugit in die illa suae passionis. a facie saulis. populi iudaici se pseudonatis. sicut in persona eius olim latro legis. in carnico deum nomine perdurat eis. Abscondita facie mea abeis. Et uenit ad achys regem geth. Per achys qui fr̃is mis̃ impetrat. gentilis populis figuratur. Ad hic filius dei uenit. cum a lumine mitis suae ostendit. Geth torcular dicitur. per quod crux xpi accipit. Corpus enim xi crucifixum in passione quasi in torculari. Dicit et rex geth achys. quia per fidem crucis regnum populis efficiunt gentilis. sicut prophetia loquitur danielis. Et regnum dabit eis. Dixerunt quoque seruis achys. cum audissent dd. Nunquid non iste est dauid rex terre. Seruis achys. ministris scilicet crucis. qui fide mundantes corde in oculis. aspiciunt eum gloriam xpi regis. cum psalmista plaudentes manibus iubilant a suo exultationis. Nunquid terra in quam et plenitudo eius orbis terrarum et universi qui habitant in eo

Nonne huic cantabant per choros dicentes. percussit saul mille. et dd decem milia. Per choros patriarchas et prophetas accipimus. quia aduentum xi mirisque nuntiabant prefigurationibus.

Percussit saul mille. et dd decem milia. Iudaicus populus per data sibi lege solum culpas operum cohibebat. xpe autem in nouo testamento genialiter omnia mala non solum operum sed etiam cogitationum et locutionum mortificat. Unde psalmista quasi in premio a pollicetur. qui xi fidelitate famulantur. Cadent a latere tuo mille. et decem milia a dextris tuis. Posuit quidem dauid sermones istos in corde suo. Devotione fidelium exultantem gentilitate uenientium. futura dei filius ante seculum puidit. quae cor eius in primis paremibus contristatum. ad amorem humani generis liquefecit. sicut ipse in cantico suae dilectae suae dicit. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. uulnerasti cor meum. Et exclamant dd. ualde. a facie achys regis geth. Timore illius suum sum cordibus gentium xpe infudit. de quo psalmista dicit. Timete dominum omnes sancti eius. Et immutauit os suum coram eis. Glam illam suae diuinitatis in qua speciosus est forma prae filiis hominum. seruili forma assumpsit humanitatis adumbrauit. sicut esaias dicit. Vidimus eum non habentem speciem. neque decorem. Et collaudabatur inter manus eorum. Inter manus capientium. flagellantium. crucifigentium. sepositus maiestatis suae potentia. sicut homo mortalis et fragilis collaudebatur. dum sic ours ad occisionem ducebatur. et quasi agnus obmutescens pascebatur. Et impingebat in ostia portae. Postquam mortis debitum sicut homo fragilis humilis et pauens in cruce persoluit. infernum regnum sicut dis fortis et potens in maiestate sua adiit. et portas eius contrens effregit. sicut psalmista dicit. Tollite principes portas uestras. et elevamini portae eternales. et introibit rex gloriae. Post destructam infernum secundum. per ostensam resurrectionis potentiam. defluebat salutis eius in barbam. Quod salutis quae de capite in os defluuit. et palato hominis dulcem gustum tribuunt. in dona sancti spiritus a patre permissi. a xpo de celis missi inuuntur. Quod per barbam. in apices uirtutis et eminentia intelligitur. quae omnem retro et ante secum perfectionem

Et longe supergreditur. SEQUITUR.

Et cecidit ad ostia ciuitatis. Quid per ostia ciuitatis. in multae ecclesiae quae una catholica faciunt. figuramur. Per quae hostia illa supna ciuitas intrat. et ipsa ostia unguento a capite in barba largiter effuso irrorantur. sicut psalmista testatur. Sicut unguentum in capite. quod descendit in barbam. barbam aaron. Quod descendit in horam uestimenti eius. Et ait achys